

VIII

et damnatus interijt Magnus p̄b̄s Seneca fuit et magister neronis qui mun⁹ ab impatore accepit vt saltem electa morte mortificeret eligere sibi mortem coegit 7 ideo Seneca dicit⁹ fuit. q: seipm̄ necauit d̄ morte qua moreretur elegit Quis achi tofele consiliario sapientior fuit. et tamen laqueose suspendit. ergo non curanda ē hec sapientia que ad tam malos fines adducit ¶ **T**ercio quidā sunt q̄ gloriāntur in rerū opulencia psal. In multitudine diuitiarū gloriāntur. sed hoc vanū / sumum. quid profuit diuiti epuloni qui tot diuitias habuit nisi q̄ in infernū descen / dit Quid p̄fuit neroni qui p̄scabatur re / ribus aureis nisi quod in infernū vt dicit Seneca in tragedijs. in auro liquefacto et feruido penas luit. et liquefacta metalla que in mundo dilexit nunc versatur bal / neis. et sic a quodā in inferno vilis. quid salomoni p̄fuit q̄ aurū velut auricalcū. et argentū quasi plumbū congregauit. et omnia filio tam stulto dereliquit. qui omnia sua perdidit. Et p̄pterea d̄. in sup̄ o gloriē diues in diuitijs suis ¶ **Q**uarto sunt quidā in exteriori apparē / tia glīantes s̄ in nobilitate generis. Hec t̄. Gloria eoz a partu et conceptu. sed si attenderēt q̄ ab vno deo sumus. ab vno homine omnes descendimus. vno modo cōcipimur. consimili mō nascimur. et mo / do consimili morimur. dicerent q̄ nihil aliud est nobilitas mūdāna q̄z hominū que / dam vite fama 7 in exterioribus sibi plau / dens obseruantia. Nonne videmus ho / mines prius viles et pauperes factos po / stea diuites et fieri milites vt dicātur po / stea filij militū et heredes. Quid ei nobili / tatis additur. cum ense militari cingitur. Nunquid non Saul boues. et dauid oues custodiebant q̄ ad regnū electi sunt Itē quidam gloriāntur in pulcritudine carnis siue in vestitu corporis sed per capillos ca / pitis absolon suspensus interijt. in quibus maxime gloria eius fuit d̄. Eccl. xj. In v-

stitione gloriēris Nunquid pulcritudo ve / stis tua pulcritudo est. vel p̄ vestem et si / celerur tua tibi strabit turpitudine. potest em̄ fieri vt plumbū credat esse argentum et auricalcū putet esse aurum. sed plum / bum semper est plumbū. auricalcū quoq̄z semper auricalcū permanet ¶ **N**ota ergo ad omnia supradicta. q̄ hec mū / dana gloria est vilis et fetida. est fragilis siue vana. et caduca et falsa. est obprobri / osa et misera Dico q̄ hec gloria vana si / ue mundana. est vilis et detestanda. et si non mundo tamen d̄. vnde dicit. j. Ma / cha. ij. Gloria viri peccatoris stercus et vermis est. hodie extollitur et cras nō in / uenietur Quid stercore fetidius quid ver / me vilius. Secundo hec mundana glo / ria est vana et fragilis similis fumo qui ī principio aliquid videtur. sed quāto pl⁹ ascendit tanto plus deficit. donec penit⁹ evanescat. quid rore pulerius. quid niue / albius sed quātumlibet pulcra tacta solis radio evanescent. vnde mundana gloria est gloria flori compata qui cū valde pul / cer et odorifer sit. ad modicum ventum si / lit pestilens evanescit et odorem et pul / critudine suam perdit Et hoc habet Ma / x. Omnis caro fenū. et omnis gloria q̄si flos veni Job. xij. Homo natus de mu / liere breui vivens tempe replet multis mi / serijs qui quasi flos egredit et cōteritur 7 nunq̄z in eodem statu permanet Expono hec p̄ singula verba. qz in alijs sermoni / bus diligenter sunt etiam exposita. Ter / cio mundana gloria est falsa quia qd̄ pro / mittit homini non obseruat. et tunc maxi / me deficit q̄ homo potissimū eius indi / geret sicut in morte et tunc maxime se in / uenit a mundana gloria derelictū ps. Ne / timueris cum factus diues fuerit homo 7 Malus amicus est qui in vita assistit. et in morte deficit Quarto humana gloria est ignominiosa. vñ d̄. Hec. iij. Gloria eozum in ignominia cōmutabo Et Ap̄la ad Heb̄. iij. dic. Multa ambulānt quos